IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Seite 156
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ecclesium spirituum. deum laudantium. qd
p iudam intelligitur: & tristiciam miserorum
audientium. quod p ymeon intelligitur.
Quarum ista sunt nomina: ut p sanctę scripturę
scientiam hoc homines faciant in terris: quod
angeli faciunt in celis. Dat eas filius aaron p fa
milias caath leuitici generis: quia illis xpi c
sanctę scripturę ueram intelligentiam tribuit.
qui se adeo electos ex hoc mundo recognoscunt:
& diuinę uocationi fide & dilectione respon
dere contendunt. Prima illis sors cariatharbe
egreditur: que ciuitas quatuor dicitur: p quā
genesis exprimitur: que dum de uetere illo
adam eiusq; coniuge eua hystorialiter loquit:
noui adę eiusq; matris beatę MARIE uirginis
typum latenter exsequitur: Hec g filius aaron
prima in sortem egreditur: quia xpi electis.
scriptura genesis p eius passionis mysterium ex
panditur: Cariatharbe pater enach scribitur:
qui humilis consurgens dicitur: quia in scriptu
ra genesis homo pditus quandoq; reparandus
repromittitur: cum deus ad serpentem loquit.
Inimicias ponam inter te & mulierem: & semen tuum & semen
illius. Ipsa conteret caput tuum: & tu insidia
beris calcaneo illius. Caput enim serpentis mulier
contriuit: cum beata uirgo MARIA filium dei
de se incarnatum mundo protulit: qui omnem
erechonem diabolicę superbię sua humilita
te contriuit. Ipse calcaneo eius insidiatur: quia
serpens ille antiquus filium dei in assumptę car
nis humilitate psequitur: qui instar calcanei
totius humani corporis finiserat. quia ipse totum
humanum genere humillimus in hunc mundum
uenerat. Unde ipse p psalmistam loquitur: Ego
autem sum uermis & non homo. oppbrium homi
num & abiecto plebis. De quo etiam roboam ad po
pulum loquitur: Minimus digitus meus grossior
est dorso patris mei. Cuius interę sensum si
qui requirit: in expositione nostra suplibrum
regum inuenire poterit. Cariatharbe ebron
uocatur: que coniugium interpretatur: qa
liber genesis futurum xpi & ecclesię coniugi
um protestatur: sicut adam expergefactus:
in paradyso loquitur: Hoc nunc os ex ossibus
meis: & caro de carne mea. Propter hoc relinquet
homo patrem & matrem suam. & adherebit uxo
ri suę: & erunt duo in carne una. Ebron in mon
te iuda esse memoratur: quia scriptura gene
sis diuinę laudationi principatur: dum creа
tionem celi & terrę protestatur: Et suburba
na eius p circuitum: qa allegorię & morali
tates scripturę genesis humanę redemptio
nis mysterium. & saluationis locuntur ter
minum. Ager uero & uillas eius dederat
caleph filio iephone ad possidendum. Per ca
leph qui omne cor ul canis interpretatur: or
do predicatorum figuratur: p quem corpus
ecclesię uiuificatur: & latiatus predicationis
ppagatur: Qui filius iephone qui nudus inter
pretatur: quia ordo doctorum xpi paupe
tatem consequenter imitatur: Huic agri & uil
le ebron ad possidendum dantur: quia exer
cicia meditationis. & consuetudines locutio
nis uel operationis ordini doctorum de serip
tura genesis proponuntur: Dat iosue filius
aaron sacerdotis ebron confugii ciuitatem &
suburbana eius: quia xpe suis electis & uocatis.
dat intelligentiam scripturę genesis. cum al
legoris & moralitatibus ipsi concreis. Ebron
confugii ciuitas nominatur: quia scriptura
genesis ueritati catholicę contra phylosophos
uel hereticorum falsitatem suffragatur:
Dat lebnam cum suburbanis suis. que candor
uel lateres interpretatur: p quam ecclesię